

mulier, defers nuntium de Petro, & cum relinquis in publica platea, ubi facile ab inquiringibus inveniri poterat, & iterum in carcerem recludi, & tua accelerata festinatione acquirendi lucrum præmii ipsum amittere poterat, aperi ostium, ut Petrus in loco tuto maneat, tuncque petri adventu præfens nuntiabis, sed vehemens lucrandi affectus omnem discursus rationem impedit

107. Ait Aggæus Propheta 1. n. 6 & 9. Et qui mercedem congregavit, misit eas in sacculum pertusum: respexit ad amplius, & ecce factum est minus. Et quomodo fieri potuit ut vehemens acquirendi affectus tam incaute operetur, mittens in sacculum perforatum; Quia sua multa diligentia ac accelerata industria coacervandi mercedes eas perdidit: Respexit ad amplius, & ecce factum est minus. rem versans Clemens alexandr. lib. 3. Stromat. ait: Possesso enim qua cum iniquitate acceleratur, minor redditur; sunt enim qui seminantes, multiplicantes, & colligentes minus habent, de quo scriptum est: qui colligit mercedem, colligit in sacculum perforatum. Ipsa incauta, ac accelerata cupiditas accumulandi, ac amplius multa possidendi, sua indebita diligentia, ac sedulitate totum perdit, ac dispergit: Possessio, qua cum iniquitate acceleratur, minor redditur: sunt enim qui dispergentes multiplicantes, & colligentes minus habent.

106. Quarto idem Theophylactus in favorem Puellæ aliter respondet, & ait: Vide etiam puella reverentiam, ac pietatem, præ gaudio non aperuit, ac rectè id ab illa factum est, ne illi (scilicet discipuli) statim Petro viso attoniti fidem non haberent. Valde prudenter se habuit; nam cum omnes scirent Petrum esse catenis reclusum in carcere, vigilantium militum custodia circumdatum, & sub multis clavis portis reconditum; impossibile iudicabat posse inde exire, si subito, & repente ipsum viderent, stupefacti, & attoniti non crederent esse Petrum, sed phantasma, vel aliquam illius figuram; inde sapiens femina ut eorum credulitatem firmaret, omnemque ambigendi ansam amputaret sensum eorum animos præparat, prænuntia facta de Petro pulsante, ut cum ipse eorum oculis objiceretur, multa cum credulitate, ac reverentia exciperetur: Ne illi statim Petro viso attoniti fidem non haberent.

107. Ad adorandum Christum natum in præsepio vocantur pastores per Angelum multa luce fulgentem: Angelus Domini assistit iuxta illos & claritas Dei circumfulsit eos. Luc. 2. n. 9. Magi autem vocantur per stellam; Vidimus stellam ejus in Oriente, Matth. 2. n. 2. Cur non vocantur etiam per Angelum multa radiante luce, ut eorum regali dignitati valde conveniens erat pastores cum essent fideles, & haberent lumen fidei, inde fuerunt capaces sustinere claritatem Angelicam; at Magi cum essent demersi in tenebrosa infidelitatis caligine, tantum splendorem cælestis Paranympsi non poterat supportare & ideo ait Chrysofost. Temiter micans stella eos affuecit ad lucem.

108. In augustissimo, ac fulgentissimo Resurrectionis matutino, mulieribus, quæ venerant ad sepulchrum, angelus in veste candida, ac fulgente ait: Scio quod Jesum, qui crucifixus est, queritis; non est hic surrexit enim. Matth. 28. n. 6. Illæ præ gaudio accelerato gressu currunt, ut nuntiaret apostolis. ecce in itinere occurrit illis Jesus, dicens Ave te Ibid n. 9. Jesus fit illis obviam quando veniunt de monumento, & cur non potius quando ad illud pergebant, & suum iter instituerant, si Jesus resuscitatus eis multa cū gloria subito se præsentat

109. Dixerunt, insani, Syriac. Terrore turbata es. quod dixerunt, ait Lyranus, propter fortitudinem Carceris & propter multam custodiam, dicam etiam, cum illud esset alta nocte timor, ac tremor facit, ut res aliter appareat, ac est: Illa autem affirmabat sic se res habere. Arabic. Illa vero insitit asseverans sermonem suum sic se habere Chrysofost. Confirmabat. Una puella contra tot, & tantos viros congregatos pro suo sermone fortiter pugnabat, veritas dabat animos, & robur. Angelus ejus est. Arias: Fortasse Angelus ejus, scilicet, de quo quæst. seq.

Verh. 16. Petrus perseverabat pulsans. Ethiopic Perseverabat altera vice, & pulsavit paululum, instantius, & crebrius, tum quia erat in platea expositus periculo iterum deprehendi, & etiam vehementi desiderio revivendi fratres. Petrus mirabiliter liberatus est per Angelum, quod per hominem fieri non poterat; postea vero ea, quæ erant humanæ industriæ pro sua salute, & ab homine præstari poterant, ipse confecit.

ret, tamquam mentium alienatæ obstupescerent, dissonantur ergo, ac præparentur loquela Angeli, ut cum illis se exhiberit Jesus, illa se etiam exhibeant multa cum reverentia, veneratione, ac gaudio.

110. At illi dixerunt ad eam, insanis: Illa autem affirmabat sic se res habere. Illi autem dicebant: Angelus ejus est.

Num. 16. Petrus autem perseverabat pulsans, cum autem aperuissent viderunt eum & obstupuerunt.

Num. 17. Annuens autem eis manu, ut tacerent, narravit quomodo Dominus eduxisset eum de carcere, dixitque: Nuntiate Iacobo, & fratribus hæc, & egressus abiit in alium locum.

Versiones, CVM EXPOSITIONE V.

Verh. 15. Dixerunt, insani, Syriac. Terrore turbata es. quod dixerunt, ait Lyranus, propter fortitudinem Carceris & propter multam custodiam, dicam etiam, cum illud esset alta nocte timor, ac tremor facit, ut res aliter appareat, ac est: Illa autem affirmabat sic se res habere. Arabic. Illa vero insitit asseverans sermonem suum sic se habere Chrysofost. Confirmabat. Una puella contra tot, & tantos viros congregatos pro suo sermone fortiter pugnabat, veritas dabat animos, & robur. Angelus ejus est. Arias: Fortasse Angelus ejus, scilicet, de quo quæst. seq.

Verh. 16. Petrus perseverabat pulsans. Ethiopic Perseverabat altera vice, & pulsavit paululum, instantius, & crebrius, tum quia erat in platea expositus periculo iterum deprehendi, & etiam vehementi desiderio revivendi fratres. Petrus mirabiliter liberatus est per Angelum, quod per hominem fieri non poterat; postea vero ea, quæ erant humanæ industriæ pro sua salute, & ab homine præstari poterant, ipse confecit.

Verh. 17. Annuens autem eis manu, ut tacerent. Syriac Indicabat sublata manu, ut tacerent. Nam viso Petro vehemens extitit ratio gaudii, ne ergo incomposito vocom strepitu narratio rei gestæ impediatur, silentium indicat, vel, ut ait glossa: Tacere jubet ne clamore gaudentium adventus ejus in Civitate cognoscatur. et tunc refert quomodo deus eum mirabiliter eduxit, ac liberavit de carcere per ministerium Angeli.

QUÆSTIO XVI.

Quare Discipuli qui erant intus in domo dicunt pulsantem ad ostium, non esse Petrum, sed Angelum ejus.

EX hoc patet communis, & vera, ac certa omnium fidelium doctrina quod quilibet homo per ineffabilem Dei providentiam habet unum Angelum ad sui custodiam deputatum. Sic dicitur Psal. 90. n. 11. Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis, in manibus portabunt te ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum. Christus D. Matth. 18. n. 10. Videte ne contemnat unum ex pusillis istis; dico enim vobis; quia Angeli eorum

eorum semper vident faciem Patris mei, & sequuntur communitè omnes Sancti Patres.

113. Unde Hæreticorum deliramenta non sunt audienda Calvinus ait, quod Petro datus est Angelus ac custodiam quandiu exitur in carcere, & unde colligit ipse, quod nec antea, nec postea, sed tantum quandiu fuit in carcere? cum Petrus semper in magnis periculis versaretur; nec similiter audiendus est Beza, qui ex sua mente fingit, standum est doctrinæ, quam Sacra Scriptura tradit citatis locis, & aliis cum expresso consensu Patrum, cui est standum, & credendum.

Ad quæstionem respondet primo D. Chrysofost. homil. 26. ubi sic ait: Porro illi dicebant: Angelus ejus est, hoc verum est, quod unusquisque Angelum habet, & unde venit illi in mentem, tunc Angelum esse; à tempore illud coniecurabant, existimantes, quod esset Angelus Petri, nomine Petri, ut eos consolaretur de ejus absentia, sicut venerunt in die Ascensionis ad Apostolos. Act. 1.

Secundo à tempore illud coniecurabant, quod Angelus Petri causam ejus agens venerat ad eos, ut vehementius exhortaretur, ut pro ejus libertate exorarent. Qui facis Angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignem urentem. Psal. 103. num. 4. Ignem dicit, qui valde velocissimus est semper sursum tendit, & omnia impedita ad jacencia devorat, ac destruit. D. Bernard. serm. 4. de verbis Isaia, ait. Vide stantiam quasi volantem, & stantem simul. Angeli stant nobiscum, & simul exorantes pro nobis coram Deo, & omnia nobis adversantia devastantes.

Ut tamquam milites armati pro nobis pugnent Genes. 3. num. 2. Iacob abiit itinere, quo cæperat, fueruntque ei obviam Angeli Dei, quos cum vidisset ait: Castra Dei sunt hæc. Cum Jacob vidisset magnam multitudinem Angelorum, unde venit illi in mentem, ut eos Castra Dei diceret, quod denotat manum militum armatam. Ibat Jacob valde timidus de fratre suo Esau, adfuit ei Angeli tamquam milites armati pro ejus defensione, ac tutamine D. Chrysofost. serm. 11. de Ascens. postquam describit quod Demones degunt per aërem pugnantes contra nos, subdit: Ita Deus Demonibus in aëre isto barbavis, atque inmanibus semper bella incitantibus, pacisque inimicis, Angelorum Castra opponit, ut dum vel apparent solum ipsos reprimant, nobisque perpetuam pacem concilient.

Tertio D. August. l. de Cura pro Mortuis, & D. Gregor. lib. 2. Decalogi cap. 7. Sæpe Angeli suorum Clientum personam, ac similitudinem sumunt, ut eorum res, & causas agant, pro quo in magno numero exempla adduci possunt. Thieræus l. 1. de Spiritus Apparitione cap. 12. quanta autem sollicitudine, ac diligentia Sancti Angeli salutem suorum Clientum affectant, & procurant. Audi Davidem. Psal. 4. n. 5. & 6. qui ait: Deus meus, qui mandas salutes Iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Nota, quod non ait mandas salutem, sed salutes in plurali; quia sub illo nomine intelligit omnia bona, & quomodo mandat Deus hæc omnia populo suo: Explicat D. Ambros. l. 1. Salus in protectione Angelorum, qui ad ministerium hominum deputantur, & tanto affectu nostras causas agunt, ut per salutes intelligat ipsos Angelos. Ita exponit Corderius in annotationibus ad eundem Psalmum, & ait: Salutes uniuscujusque Angelum ruclarem intelligit, qui salutes in plurali dicantur. Quia bene bonum simul cum illo immittit Deus, quod quidem ad salutem animæ, & corporis necessarium sit. Unde quidquid boni expetere potest homo, vel ad

112. Angeli deputantur ad nostram custodiam. Psal. 90. Matth. 18.

corpus, vel ad animam totum id cum Angelo, & per Angelum largitur Deus, qui Angelis suis mandavit de te in omnibus viis tuis, inde Divinam protectionem per Angelum administrat, multa fortitudine inimicos nostros ventilabimus cornu.

Intravit Rex, ut videret convivantes, & cum vidisset hominem vestitum veste non composita ait illi: Amice quomodo hic intraisti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit: Tunc dixit Rex ministris: Ligatis manibus, & pedibus mittite eum in tenebras exteriores. Matth. 22. Aliter se res habet, quod Zachar. 3. n. 3. nam Jesus, nempe Joseph filius, erat indutus vestibus sordidissimis, & stabat ante faciem Angeli, qui respondit, & ait ad eos, qui stabant coram se, dicens: auferite vestimenta sordida ab eo, & dixit ad eum: Ecce abstuli à te iniquitates tuas, & indui te mutatoris. Valde dissimilis se causa habet; nam Rex non concessit locum, ut homo mutaret vestes, & nuptiales quæreret, at Angelus non solum dat locum, ut vestes mutentur, sed hoc præcipit inferioribus ministris, ut novis, & splendidis eum exornent. Unde tanta differentia? Rex ut supremus Dominus, & Judex jus dicebat, & causam secundum merita judicabat; at Angelus erat tutor, ac defensor populi, indeque fordidos non spernit, nec deserit, sed omnia media interponit, ut eos ad salutem reducat; & totis viribus negociatur, ut abjectis vestibus sordidissimis, & nitentibus componantur, & hoc non solum ipse totis viribus præstat, sed etiam alios Angelos convocat in Auxilium: Theodoret. ibi ait: Angelus vero Populi tutor aliis adstantibus Angelis præcipit, ut ex illis vestibus eum exuerent, ac docens, ut quiddam per alias vestes designatur, adjecit: Abstuli à te iniquitates tuas.

QUÆSTIO XVII.

Quare D. Petrus magnalia que Deus erga eum fecit, mandat denuntiare Iacobo, & aliis fratribus?

TRia hæc facit Petrus, Primò suam mirabilem libertatem insigniter mandat nuntiare Jacobo Apostolo minoris; nam Major jam erat occisus ab Herode, ut vidimus cap. 10. num. 1. Ordinatus Petrus, ut Jacobo exponatur sua miraculosa libertas, erat enim Episcopus Jerosolymorum, ac ut loci Prælati voluit eum eo habere hæc reverentiam, sic & paulus illum forte hæc de causa invisit, de quo facit mentionem ad Galat. 1. n. 19.

Secundo ait Petrus: Dicite & fratribus D. Chrysofost. homil. 27. ait: Non dixit ut passim omnibus aliis divulgarent, vanam gloriam devotans. Voluit Petrus sua magnalia inter suos, & Christi discipulos recondere, & nullam umbram vanitatis exhibere, ut dixi cap. 5. quæst. 3. num. 21. 22. 23. 24. & cap. 10. quæst. 2. num. 173. & 174.

At objicies, Meus Raphael Archangelus dixit Tobia. 12. num. 7. Opera Dei revelare, & consieri honorificum est, quod verum habetur, si audientes sunt capaces, aliter verò occultanda, & in hoc fecutus est Petrus Christi exemplum, qui resurrectionem non mandavit omnibus nuntiare, sed discipulis suis, & Petro. Matth. 28. num. 7. & 10. Marc. 16. num. 7.

Tertio Mandat Petrus suam miraculosam libertatem dicere Jacobo, & fratribus ut qui fuerant orantes pro eo, dum in carcere tenebatur, simul

Aggæi.

Clem. Alex.

Ne mens obstru-

Luc.

Matth. 2.

D. Chrysofost.

Math. 28.

No oc tanta present in subito ob sua pascu

109.

Arabic.

D. Chrysofost.

Arias.

110.

111.

Glossa.

112.

113.

114.

115.

116.

117.

118.

119.

120.

121.

122.

118.

Math. 22.

Zacar. 3.

Angeli omnia media ponunt pro salute suorum.

Theod.

119.

Reverentia Prælati.

Ad Galat. 1.

120.

D. Chrysofost.

Vana gloria vitanda.

121.

Tob. 12.

Non omnibus omnia communicanda.

Math. 18.

Marc. 16.

122.

Gratias
actio à
multis
danda.

Exod. 15.
D. Aug.

123.
Job. 1.

Origen.

Angeli
simul
dant
gratias.

124.
Cantic.

Socias ad
gratias
egendas
invitat.

Cantic. 8.

Gilbert.

cum eo gratias Deo redderet pro tanto beneficio accepto, chorus enim multorum gratificantium recepta dona, res ut valde sumptuosa, & grata deo. Cum filii Israël diviso mari transissent, Pharaone cum toto suo exercitu submerso: Tunc cecinit Moyses, & filii Israël carmen hoc, Canticus Dominus, &c. Exod. 15. n. 1. D. August. vel quisquis est Author lib. 1. de mirabilibus Sacrae Scripturae cap. 21. inquit: Admirare dignum miraculum, ut cum illi pariter senes cum pueris, & omnes aetates eodem insulari flumine, uno quasi ex ore, nulla praeomissione edidit, eisdem continenter literas decantarent in unum. Non unus post alium, sed omnes simul, linguas miraculose Spiritus Sanctus fecit apertas ad tantum beneficium celebrandum, ac decantandum quod solum à Divino Spiritu provenire poterat, ut omnes simul convenirent ait D. August.

Dicitur 1. Job. num. 6. Cum venissent Filii Dei, ut assisterent coram Domino. Convenerunt omnes Angeli, ac deo frequentes adfuerunt, ad quid tamen? explicat Origenes lib. 1. in Job, & inquit: Angeli misericordias eius constant, & gratias agunt pro beneficiis, quae ille incessanter imperit filiis hominum. Sunt tamquam Angeli tutelares, qui conveniunt ante Deum, ut ei gratulentur beneficia suis clientibus, ac hominibus praestita, sed ad hoc tamquam ex composito coedere conveniunt Angeli, cur non quilibet pro se? sua perspicacia Angelica deprehendunt illi Coelestes Spiritus, quod tunc gratiarum exhibitio illorum erit perjudicior, ac efficacior coram deo, cum adjuncta fuerit precibus multorum.

Cum Virgo sapiens se vidisset maximè commendatam à Christo. c. 5. n. 2. Cantic. Aperi mihi foror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea; quia caput meum plenum est rore, omnium donorum ac beneficiorum; Illa vero panegyricum de Christo mitrice compositum adornat num. 10. Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus; tamen pro panegyrico decantando pro cellitudine, ac majestate sui dilecti se imparem judicans Virgines sibi comites admonet, ut opem ferant Ibidem. n. 8. Adjuro vos filiae Jerusalem, si inveneritis dilectum, ut nuntietis ei, quia amore languo. Credidit Virgo, ut gratiam deo acceptam referret ipsi esse convenientem delegatum habere chorum, qui deo simul applauderet. Gilbert. ferm. 4. ait: Gloriosa de novae ac insolite dulcedinis gustu filias Jerusalem ad gratias agendas invitat.

Act. 12. n. 18. Facta autem die, erat non parva turbatio inter milites quidnam factum esset de Petro.

Num. 19. Herodes autem cum requisisset eum & non invenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci; descendensque à Judaea in Caesaream, ibi commoratus est.

Num. 20. Erat autem iratus Tyriis, & Sydoniis; at illi unanimes venerunt ad eum, & persuaso Blaeto, qui erat super cubiculum Regis, postulabant pacem, eo quod alerentur regiones eorum ab illo.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE VI.

125.
Arabic.

Vers. 18. Fluxit dies in qua ordinatum erat

prodeci, & occidi petrum: Erat non parva turbatio Syriacus, Extitit tumultus plurimus. Aethiopicus: Erant conturbati milites valde, quia timebant ne eorum negligentia tribueretur petri fuga, indeque punirentur. Quidnam factum esset de Petro. Arias, Quidnam Petrus esset factus. Tigurina, Quidnam devenisset Petrus.

Inde variae erant sententiae. Quidam, & boni agnoscentes virtutem Petri, quia multa mirabilia operabatur, ut jam factum fuit alibi cap. 5. dicebant, quod virtute divina; alii, & maligni tribuebant arti magicæ, & diabolicae. An vero portae mansissent apertae? res est anceps. Lyranus existimat, quod apertae manserint, & idem habet Metaphrast. in Actis petri 19. Julii: E contra D. Chrysof. homil. 8. in epist. ad Ephes. Glossa Interlin. quod manserint clausae, quod si apertae relictae fuissent, non esset tanta confusio, & tanta sententiarum varietas de fuga Petri. quae ratio placet magistro Historiae Ecclesiasticae in Act & Hugon.

Vers. 19. Herodes cum requisisset eum, scilicet Petrum, & Inquisitione facta, verbum Graecum denotat: Cum omnimoda efficacia, ac etiam tortura, D. Chrysof. Examinavit. Aethiopic. Iudicium administravit, tradit D. Chrysof. homil. 9. in Matth. quod cum catenae incidissent de manibus Petri, illis catenis alligatae sunt manus duorum militum, qui Petrum custodiebant.

Iussit eos duci. Rabanus ad carcerem D. Chrysof. homil. 8. in Epist. ad Ephes. & homil. 9. in Matth. Proculus orat de vinculis Petri Petrus Alexandr. Conc. 13. quod iussit eos suffocari, favet Syriacus habens; Condemnavit illos custodes & iussit eos necari. Arabicus, morte damnavit, & ait Caetanus, quod deo ita ordinante mors non statim illata est militibus, ne Petri solutio alicui esset damnosa, & militibus afferret mortem, sed sententia dilata est, & mors Herodis statim secuta, ut modo videbimus, milites dimissi sunt liberi.

Descendensque à Judaea in Caesaream, quae antiquitus appellata fuerat Tiris Stratonis, in eaque Herodes Agrippa in honorem Caesaris instituit solemnes ludos, ad hanc esse Herodes cum multa nobilitate multitudinem se contulit, ut testatur Josephus lib. 19. antiq. c. 8. ut se prae pararet ad vindicandum de Tyriis, & Sydoniis.

Vers. 2. Erat autem iratus Tyriis, & Sydonis. Arabicus, Erat peritus in Tyros Tygurina, Bellum animo agitabat in Tyros, ex Graeco: Pugnam & insensum gerens animum in Tyros. Et ideo se transtulit in Caesaream, ut terminis eorum appropinquaret ad bellum gerendum, causa belli nobis ignota est; Baronius suspicatur, quod Sydonii facti Christiani Petrum liberaverint à carcere, sed ad hoc asserendum nullum est fundamentum, & ideo communiter non recipitur.

At illi unanimes postulabant pacem ab eo. Persuaso Blaeto, qui erat cubicularius, ac intimus familiaris Regis, ad hoc, ut in hac pace esset mediator, & causam postulatae pacis apponit textus, Eo quod alerentur Regiones eorum ab illo. Syriac. Propterea, quod victus regionis ipsorum ex ipso regno Herodis penderet, frumenta, & alimonia ex Judaea deferebantur ad tyros, & Sydones, ac proinde facto bello perirent.

QUAESTIO

QUAESTIO XVIII.

Quare custodes Christi bene habent apud Pilatum, custodes Petri male apud Herodem?

132. Merito D. Chrysof. homil. 8. in Epist. ad Ephes. de gravi culpa arguit Herodem, quia cum petrus non fuisset reperiendus in carcere statim custodes jubet duci ad mortem, ut exprimit Syriacus: Iussit eos necari; Si enim res fuisset probe examinata, custodes essent innocentes inventi sine culpa: sic ait citatus Chrysof. Si illos examinasset poterat excusari. Nunc vero custodes exhiberi sibi fecit, examinavit, & didicit vinculum fuisse Petrum carcerem probe munitum, ante illius januam fuisse custodes, nec tamen parietes effoscos, nec quidquam adesse, quod alicujus maleficii indicium daret, & tamen ad capitale supplicium damnat. quid nefarius ac celestius.

133. Inde est quaestio praesens: quare isti custodes carceris Petri male audiunt apud Herodem, ut ad supplicium capitale ferri mandantur: at custodes sepulchri vacuum deputantur à Pilato, ac principibus, unde tanta differentia; Milites carceris petri verum testificabant asserentes Petrum non in humana, sed ope divina è carcere ereptum fuisse ac custodes sepulchri portentoso mendacium, assererant, dicentes: Discipuli ejus nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Matth. 28. n. 13. Illi veritatem adstruentes invisi sunt Regi: Postiores mendacium fabricantes valde grati, ac plausibiles sunt Principibus, apud quos mendacium summopere praevaleret. D. Cyrillus Jerosolymit. Cateches. 14. & ait: Quare sicut Petro de custodia exeunte condemnati sunt custodes, sic etiam, qui Jesum custodiebant, non sunt condemnati, sed illi quidem multati sunt, &c. Ipsi autem silentes veritatem, & ipsam occultantes, à Principibus Sacerdotum servati sunt, ut potest placencia iudicii mendacis induentes.

134. Cum Deus ob multa peccata Achab disponderet ut ipse deciperetur in consiliis suis, ut ab illis omnibus esset frustratus, ait supremus dominus: quia egredietur, & decipiet Achab, statim Daemon suam addit manum, dicens: Egrediar, & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum, reg. 22. n. 20. & statim divinum oraculum addit: Decipies, & praevaleris, & unde tam certa victoria de effectu secuturo: Decipies, & praevaleris: Facile fieri poterat, ut Rex renueret, & non acquiesceret. Defertur mendacium, quod valde potens est in Curia Regum, certum igitur est, quod praevaleris, & triumphes. Caet. ait: Manifestat Deus efficaciam hujus medii, nempe mendacii in curia, & hoc officium mendiandi usque adeo versatur in curiis ut Diogenes definerit, curiam esse locum ad decipiendum, & praevalendum.

135. Cum David se multis adversitatibus undique circumdatum videret; multa enim in eum mala iruerant, postulans Dei misericordiam, & protectionem hoc unum, & valde magnum Deo exponit Psalm. 39. num. 11. Non abscondi veritatem tuam à Concilio multo. In concilio principum, Regum, ac Magnorum non abscondi veritatem, ut solet fieri, sed ibi parenter, & clarè eam dixi, & manifestavi, quod quidem valde magnum ac rarum de se testificatur david cum apud homines de mendacio vivatur ait sapiens: Dulcis est hominis panis mendacii. Proverb. 20. num. 17. Nam sicut

Psalm. 39.
Valde
ad mirabile
verum
dicere in
conspectu
Regis.

homo suaviter pane alimentatur, sic & dulciter mendacio pascitur, de illoque vivit.

Act. 12. n. 21. Statuto autem die Herodes vestitus veste Regia, sedit pro tribunali, & concio nabatur ad eos.

N. 22. Populus autem acclamabat Dei voces, & non hominis.

Num. 23. Confestim autè percussit eum Angelus Domini, eo quod non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus expiravit.

Num. 24. Verbum autem Domini crescebat & multiplicabatur.

Num. 25. Barnabas autem, & Saulus reversi sunt ab Jerosolymis expleto ministerio, assumpto Ioanne qui cognominatus est Marcus.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE VII.

Vers. 21. Statuto autem die, Syrus: Die autem spercelebrè, Aethiopic. Tunc una die designata, Erat dies secundus Judaeorum pro Caesaris salute, ut ait Josephus lib. 19. Antiquit. cap. 8. & erat dies illa ab Heroe assignata, ut Tyrrii, & Sydonii ejus audirent sententiam circa pacem postulatam. Herodes veste regia, quae dicit purpuram, Sceptum, & Coronam: Concionabatur ad eos, Arabicus: Alloquutus est eis cum apparatu, multa de pace, ac quiete.

Vers. 22. Populus autem acclamabat adulando herodi. Dei voces, & non hominis. Syriacus: Ha sunt filia vocum Dei. Arabicus: Vox ista Dei est, quae adulatio, ac acclamatio videtur fuisse exorta à tyriis, & Sydoniis, ut maximè Herodis gratiam auspicerentur, illorumque vocibus Caesarienses excitarentur.

Vers. 23. Confestim autem. Syrus: Ea ipsa hora, in qua ille adulationes jactabatur, vox est Dei non hominis, & ille sibi complacens acceptabat, in quo graviter percavit. Percussit eum angelus Domini mittens in illum vehementem dolorè viscerum, ac putredinem, & fetorem, ut ait Iosephus citatus.

Eo quod non dedisset honorem Deo. Syriacus: Eo quod non tribuisset gloriam Deo, se ipse multa inflatus superbia illas acclamationes veluti divinorum tamquam sibi debitas referebat, cum tota deo potius deberet tribuere, à quo est omne bonum. Et consumptus vermibus expiravit intra quinque dies, ut ait Iosephus, & haec historia paulo post liberatum petrum à carcere contigit.

Vers. 24. Verbum autem Domini crescebat. Syriacus: Proinde Evangelium Dei predicabatur & incrementum capiebat. Variab. Augescebat. Aethiopicus: Sermo Dei magnus fuit. Extincto Herode tam crudeli, & diro supplicio, magno Christianorum hoste, utpote in poenam suorum malorum, & visis mirabilibus, quae per Apostolos fiebant, audacius, & libentius Evangelium predicabatur, messisque Christiana multum angebatur.

Vers. 25. Reversi sunt ab Jerosolymis, scilicet in Antiochiam, ex qua missi fuerant, ut tempore famis eleemosynam pauperibus Jerosolymitanis portarent, ne perirent, in tanta rerum sterilitate, ut vidimus supra cap. 11. n. 20. & 30.

QUAESTIO